



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

S V M M A R I V M .

- 1 Homicidium est triplex, necessarium, voluntarium, & casuale, & num. 2. 3. & 4.
- 5 Episcopus dispensare non potest cum homicida voluntario.
- 6 Nec Prælatus regularis in hoc casu potest cum suis subditis dispensare.
- 7 An possit Episcopus cum tali homicida dispensare quoad retinendum beneficium antea obtatum.
- 8 An homicidium, & irregularitas priuunt homicidam beneficio ipso iure.
- 9 An Episcopus possit in homicidio casuali dispensare.
- 10 Et an possit dispensare in homicidio commesso causa defensionis non seruato moderamine inculpata tutela.
- 11 Et an in irregularitate contracta ex mutilatione alicuius membris.
- 12 An possit Episcopus dispensare in homicidio percutientis prægnantem sine intentione causandi abortum.
- 13 Et an in homicidio commesso ex repentina ira, vel rixa.
- 14 Quid si quis mandauit committi homicidium in persona unius, & commissum fuit in persona alterius.
- 15 Et quid si vertit infirmum intentione acceleranda mortis, ne tamdiu patiatur.
- An incurrat irregularitatem reuoluens infirmum, ut facilius somnum, vel cibum capiat, si
- 16 mors ex aliqua culpa acceleretur, ibidem.
- 17 An Episcopus dispensare possit in irregularitate proueniente ex homicidio facto a ministris iustitiæ, vel in bello iusto, & numer. 17. & 18.
- 18 Quinam incurrant irregularitatem ex defectu lenitatis.
- 19 An imminente magno scandalo, vel urgente alia magna necessitate possit Episcopus cum homicida voluntario occulto dispensare.

C A P. VIII.

An Episcopus dispensare possit cum homicida quoad ordinis suscipiendos.

 Ro maiori intelligētia notandū est, quod triplex est homicidiū, aliud enim est necessarium, aliud voluntarium, aliud casuale; homicidium necessarium est quod vitādē mortis causa committitur seruato moderamine inculpata tutelē iuxta l. 1. C. unde vi, & clem. un. de Homicid. volunt. dicitur autē quistali moderamine vti, quando non poterat se defendere, aut tueri, nisi eo modo, quo se defendit iuxta tex. in d. clem. un. & DD. in d. l. 1. C. unde vi. quod circa tria consistit, scilicet circa modum, vt si quis fuisset insultatus sine armis, non poterit se defendendo percutere cum armis: secundō circa tempus, ve fiat in continenti, & illico factio insultu: tertio circa causam,

v

